

# TÖRTÉNETI LAPOK.

FELELŐS SZERKESZTŐ  
K. PAPP MIKLÓS.

Megjelenik minden vasárnap. — Előfizetési ár: Félévre 6 f. Egész évre 12. f. — Szerkesztőségi iroda: Lyceumi nyomda. — Kiadó hivatal: Gr. Teleki Domokos ház nagypiacz.

1554. jun. 16.

**Tartalom:** Aldana itélete. — Okmányok és levelek az 1613-ik év történetéhez. (II. közlemény.) Közli Szilágyi Sándor. — A bécsi titkos levéltár okleveleiből. (XI. közlemény.) — Egy felirat II. József császárhoz. Közli H. K. — Levéltári adatok a XVI. és XVII. század történetéhez. (III. közlemény.) — Tárca: A magyar nemzeti színészet történetéhez. (V. közlemény.) Közli K. Papp Miklós.

Nos Ferdinandus Divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae etc., Marchio Moraviae etc., Comes Tyrolis etc., Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis, Quod in causa denuntiationis criminalis inter sacrae Coronae Regni nostri Hungariae Fiscalem, caesarumque nostrarum Directorem Egregium fidelem nobis dilectum Joannem Zomor de Pókateleke denuntiantem ex una parte et Bernardum de Aldana denuntiatum ex altera, de et super eo, quod dictus Aldana Lippam, cuius custodiam et defensionem scientibus et permittentibus nobis in se susceperat, nondum viso hoste, incensa arce, consumptisque igne victualibus et munitionibus contra fidem et fidelitatem suam deseruerit, etc., auditis partium assertionibus, defensionibus ac probationibus tam per testes, quam per scripta factis, extante praesertim facti ipsius notorietate ac rei evidentia, et habito desuper maturo consilio Consiliariorum nostrorum plurium nationum tam rei bellicae, quam Jurisperitorum, per sententiam nostram definitivam declaravimus et pronunciamus, praedicto Bernardo de Aldana tanquam Magistro Campi et tunc Lippensis praesidii praefecto non licuisse, nondum viso hoste, nullaque necessitate urgente magistris bombardariis, ut pararent ea, quae pertinerent ad perdendum, igneque corrupendum bombardas et omnia in arce illa Lippensi exi-

## ALDANA ITÉLETE.

Aldanának — mondanom sem kell, hogy ugyanannak, ki 1552-ben Lippát oly gyáván elárulá — periratai a bécsi titkos levéltárban őriztetnek, ugyanott vannak Castaldonak erre vonatkozó levelezései is, melyek nagyon élesen vannak tartva e gyáva és részeseges ember ellen, s melyekben lankadatlanul sürgette elítéltetését már csak példaadás kedvéért is. A hadi törvényszék csakugyan elítélte, de az ítélet nem hajtatott végre rajta: Maria Miksa főherczeg neje kegyelmet eszközölt a nyomorultnak. De az ítélet — melynek pergamenre irt eredetije a m. k. kamarai levéltárban őriztetik, minden esetre nevezetes okmány, s érdekesnek tartom azt egész terjedelmében bemutatni e lapok olvasóinak:

stentia committere et se simul cum militibus in fugam conjicere, atque sic eam irdefensam non expectatis auxiliis relinquere ac deserere, unde factum est, quod eadem arx Lippensis per ignem artificiosum materiae antea juxta ipsius Aldanae ordinationem praeparatae suppositum una cum victualibus et munitioibus in ea conservatis majore ex parte incendio corrupta fuerit et paulo post in manus hostium Turcarum sine omni labore ac periculo eorum pervenerit. Ideoque praedictum Bernardum de Aldana justitia ita exigente poenam amissionis capitis et omnium bonorum suorum incurrisse, eaque sibi in supplicium et aliis in exemplum plecto debere. In cuius rei fidem ac evidens testimonium praesentes manu nostra subscripsimus ac sigilli nostri appensione muniri jussimus. Datum in Civitate nostra Vienna, Die Decima sexta mensis Junii, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo Quarto, Regnorum nostrorum Romani Vigesimo Quarto, aliorum vero Vigesimo octavo.

FERDINANDUS III. P.

J. JONAS D.

Vicecancellarius.

Alól: Ad mandatum sacrae Regiae Majestatis proprium

M. SINGHRMOSER mp.

Kivül: R-ta Barth de Argento.

(Törött függő pecsét.)

(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

## OKMÁNYOK ÉS LEVELEK az 1613-ik év történetéhez.

Közli: Szilágyi Sándor.

1613. apr. 28.

### IV.

Spectabilis ac Magnifice Domine, patrone mihi gratiosissime. Sevitiorum *stb.* commendationem.

Tegnapi nap nagyságodnak minden állapotunk felől irtam; ez mai nap nagyságodnak két levele érkezőn hozzám, egy 14 napra jött, kit Nagy-Szombatból irt nagyságod,

másikat (*sic*) 12 napra, kit Sarnóczárúl irt nagyságod, mely nagyságod irását nagy örömmel vártunk, érthessük nagyságod állapotját, mivel az szekérről való leesése nagyságodnak Semsén, pater urammal igen megszorított vala bennünket; de istennek hála, hogy megörvendeztete nagyságod bennünket. Az nagyságod parancsolatja szerint én az két fülegényt im felküldtem az két hópénzek sollicitálásáért; de mivel az szegény istenben üdvözült Hoffmann uram Péchi urammal valami búzát is rendeltek vala, ha többet nem lehet is, félóra valót, ki felől ő kegyelmek nekem is irtak volt, kiket im felküldtünk seregestül, kinek satisfactióját csak halogatá szegény udvarbíró uram; könyörgünk seregestül nagyságodnak, hogy nagyságod törekedjék abban is, ha lehet az harmadik óra deputájanak ő kegyelmek ha többet nem, félóra búzát; kiért nagyságodnak alázatos szolgálunkat ajánljuk, kirül nagyságodnak izentünk is. etc. Az mi nézi az én költséget, az mastan leküldött embernek adott három arany adással Aureos harmincznyolczat adtam, kit Sennyei és pater uraimmal megbizonyítok nagyságod előtt; ha nagyságod kiserzi ott Kassán, kérem nagyságodat, adja Erdódi uram kezében; vagyon tülem tanúsága, mit cselekedjék vele, mely én reám való gondviselésért meg igyekezem nagyságodnak szolgálnom; ha ennyi költségbe nem volnék, holott búzát is pénzen veszek, nálam volna az értelme; nagyságodat ezzel most nem búsitánám. etc.

Az ő felsége vitézi Gyarmat táján várják nagyságodat, kik előtt Gyulaffi Miklós uram vagyon, külömb disciplinában is élnek, hogy nem azelőtt; valamely órában nagyságod parancsol (csak hoznák hamarébb az nagyságod leveleit) annyit és addig küldenék, valamig és valamennyit nagyságod nekem parancsol ő kegyelmek felől. etc.

Dengelegi uramat találtam vala meg, hogy irna Kun László uramnak, adná ide az ő felsége házában Gorist, ki mellett én is irtam volt ő kegyelmének, kire mit felel, im meglátja nagyságod. Az nagyságod parancsolatját is ma küldém meg ő kegyelmének, kire mi választ ada, im azt is nagyságodnak küldtem; igen féló, elszaladt név alatt el ne

bocsáttassék. etc. Az erdélyi követek ez éjjel Károlyban háltak, ma indultak be, igen sietnek, nagy vigan mennek, az postán nagy csomó levelet vittek, palatinus urunkét, Majtinbúl utánok. Károli uram is ma indult oda be, Dengelegi Miklós uram is, csak Lónyay uram héja. etc. Az szegény Sennyei uram kéreti nagyságodat, hogy commendálja az postán ez Sarmasági és Sennyei István uramnak szóló leveleket, Carolus Magnus uramnak, hogy juthassanak kezekben; némelyet pater uram irt. Ő kegyelme, pater uram, mast nem ira nagyságodnak, ajánlja én általam nagyságodnak szolgálatját és isteni imádságát. etc. Az szegény strásamester is, féló, nagyságos uram, el ne hagyjon ez életben bennünket; mi igen fogyunk az ő felsége várábúl, újakat hozzon nagyságod magával az megholtak helyében. Hozza meg isten nagyságodat jó egészségben és bódog életben sokáig megtartsa. Datum ex Arce Szathmár 28. die Aprilis, Anno Domini 1613.

Spectabilis ac Magnificae Dominationis Vestrae

Servitor addictissimus

G. PENESZI mp.

P. S. Szintén hogy ez levelet végezém, juta Károli uram levele, kibé includálva küldtél palatinus uramnak szóló levelét. Itflem, siettében esett, nem irták meg titulusát; nagyságodat igen kérem, iktassa meg palatinus urunknak; mivel, az mint értem, 6. Maji Bécsben leszen ő nagysága. etc. Károlij uram is megszolgálja nagyságodnak. etc.

Az erdélyi gyűlésre mind váradi, csesedi, huszti, kövári kapitányit behivatja Báthori Gábor, generalis gyűlése leszen. etc.

Külczim: Spectabili ac Magnifico Domino Andreae Dóczy de Nagy-Lucse *stb.* Cas-soviae. Cito, citissime.

(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

1613. máj. 16.

V.

Magnifice domine Affinis nobis observandissime.

Salutem *stb.* Az kegyelmed levelét, mely 10. die Maji költ Szakmárból, mai nap vőtük és megértettük. Hogy azért az úristen

kegyelmedet jó egészségben és békességben oda Szakmárra hozta s az ott való állapotot kegyelmed jó rendben találta, azt nagy jó szivvel halljuk s örülünk rajta, kívánván ő szent fölségétől, hogy ennekutána is sok esztendeig azon jó egészségben s boldog állapotban ő szent fölsége kegyelmedet megtartsa. A mi penig az hírek dolgát illeti, bizony ide is elég gonosz hírek vannak; ő fölségét is császár urunkat az szerint informálják, hogy az török mind Magyarországra s mind penig Erdélyre szándékoznék és készülné; de ám lássa, elhittük azt, ha mive-lünk az frigyét fölbontja, kinek megtartására hitivel kötelezte volt magát, hogy az úristen megszígyeníti, minket penig keresztyéneket, csak legyünk békével, ő szent fölsége ellene megsegét. Ezután is, kérjük kegyelmedet, ha mi hírei érkeznek kegyelmednek, éjjel-nappal adja értésünkre kegyelmed, hogy tudjuk magunkat mihez tartanunk, ha mi olyas hazánknak ártalmára nézendő lenne. Forgács Sigmond uram ő kegyelme is oda alá az alföldre szintén menő félben vagyón, hogy ezekhez az gonosz hírekhez képest azt akarja ő fölsége, hogy tisztiben jelen legyen és vigyázzon. Mi magunk bizony elég beteges állapattal vagyunk, de reméljük, hogy az úristen már ő szent fölsége meggyógyét bennünket. Ezeknek utánna *stb.* Datum in Arce nostra Bicse 16. Maji, Anno 1613.

Magnificae Dominationis Vestrae

Servitor et Affinis benevolentissimus

Comes GEORGIVS THUNZÓ mpria.

Külczim: Magnifico domino Andreae Dóczy de Nagy-Lucse *stb.* Zathmarinum.  
(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

1613. jun. 16.

VI.

Magnifice domine et Frater observandissime.

Salutem *stb.* Szabolcs vármegye taláda meg minket bizonyos követe által, jelentvén, hogy az kegyelmed jószágában Lucson az török előtt elfutott Bessenyei Mihály uramnak alföldi jobbágyi laknának és ugyanonnau Lucsról fizettek és szolgáltak neki; akarván azért ő kegyelme az békességhez képest ha-

zaszállétani, kegyelmed nem akarná azon jobbjegyembereket elbocsátani; marhájakat, vetéseket elfoglaltatta kegyelmed, Bessenyei uramnak nemességének praerogativája ellen.

Intjük annakokáért császár urunk ő fölsége nevével kegyelmedet tisztünk szerint, hogy kegyelmed az felül megnevezett, az török előtt elfutott és Lucson lakozó Bessenyei Mihály uram jobbjegyit ne tartóztassa, ha onnan el akarja őket vinni, szabadon vihesse el, mindennemű ingó-bingó marhájakat megadatván és fölszabadétván kegyelmed; mivel az ország törvénye ellen sem tartóztathatja meg kegyelmed és marhájakban sem károsíthatja meg. Éltesse isten kegyelmedet jó egészségben. Datum Cassoviae die 16. Junii 1613.

Magnificae Dominationis Vestrae  
Servitor et Frater

Comes SIGISMUNDUS Forgács de Gimes mp.

Kivül: 6. Julii praesentis in Szerencs.

Külczim: Magnifico domino Georgio Rákóczy de Fölső-Vadász *stb.* Domino et Fratri observandissimo.  
(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

1613. jun. 14.

## VII.

Magnifice Domine et Frater nobis observandissime. Servitii nostri commendationem.

Megértettük az kegyelmed leveliből, hogy az polgáriaknak kegyelmed napot praefigált immár; azért minthogy úgy essék, kegyelmed isten hírvél oda menjen; hanem Rákóczy Sigmond uramot, az kegyelmed ecscsit bocsásson (*sic*) teljes tanúsággal Szuhaj és Balog Gáspár uramékkal együtt ide be hozzánk az meghagyott napra, hogy ne mondhasa az asszony azt, hogy az ő fölsége parancsolatjának nem engedték; hanem mégis kérjük kegyelmedet, hogy köldje be az kegyelmed ecscsit, hiszem ha végezhetünk valamit, jó, s a hol nem, mégis ne legyen panasza reánk az asszonytól, hogy nem voltunk obediensek az ő fölsége parancsolatjának. Éltesse isten kegyelmedet. Datum Cassoviae 14. Junii 1613.

Magnificae Dominationis Vestrae  
Frater ad servitia paratus  
Comes SIGISMUNDUS Forgács mp.

Külczim: Magnifico domino Georgio Rákóczy *stb.*

(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

1613. jul. 3.

## VIII.

Spectabilis ac Magnifice domine Vicine nobis honorande. Salutem et nostri benevolam commendationem.

Meghozák nekünk palatinus uram ő nagysága levelével együtt az kegyelmed levelét is, melyből értjük, hogy az törökök oda az végekre igen vitézkednek, melyre itéljük, hogy kegyelmeteknek is illendő vigyázása vagyon; mi is megparancsoltuk mindenfelé az végbeli kapitányoknak, hogy vigyázásban legyenek; kéret azon is kegyelmed levelében, hogy híreket írának; az palatinus uram ő nagysága levelére választ is irtunk; kegyelmedet kérjük késedelem nélkül küldje meg ő nagyságának Istennek hála, semmi gonosz híreink nincsenek; úgy vagyon, hogy Bethlen Gábor mellé gyűlt volt egynehány török; de azok is eloszlottanak. Az portára bocsátott fűkövetünknek is csak mostanság érkezék levele, kibent azt írja, hogy minden kívánságinkra jó válaszok vagyon. Az mint értjük, Bethlen Gábor vagy az patyolatot teszi fel, vagy az tenger vizét issza meg; de egyiknek meg kell lenni; ezután is, ha mi hireink lesznek, örömet kedveskedünk kegyelmednek irásunkkal. Tartsa isten jó egészségben kegyelmedet. Datum in Oppido nostro Vizakna, die tertia Mensis Julii, Anno Domini 1613.

Amicus ad serviendum paratissimus

GABRIEL princeps mpria.

Külczim: Spectabili ac Magnifico Domino Andreae Dóczi de Nagy-Lucse *stb.* Amico et Vicino Nobis observando.

(Eredetije a m. k. kam. levéltárban.)

1613. jul. 8.

## IX.

Spectabilis ac Magnifice domine Vicine nobis honorande. Salutem *stb.*

Bizonyos dolgok végett kelleték palatinus uram ő nagyságát levelünk által megtalálnunk; minthogy pedig az dolog késedelmet

nem vár, kegyelmedet kérjük, ez levelünket mentül hamarébb bizonyos emberétül ő nagyságának elküldvén, az mi válaszunok arra leszen, méltóztassék azt is kegyelmed nekünk megküldeni. Tartsa isten kegyelmedet jó egészségben. Datum in Oppido nostro Vizakna, die octava Mensis Julii, Anno Domini 1613.

Ejusdem Spectabilis ac Magnificae Dominationis Vestrae

Amicus ad serviendum paratissimus

GABRIEL princeps mpria.

Külczim: Spectabili ac Magnifico domino Andreae Dóczy de Nagy-Lucse *stb.* Amico Vicino nobis observandissimo.

(Eredeti je a m. k. kam. levéltárban.)

## A BÉCSI TITKOS LEVÉLTÁR OKLEVELEIBŐL.

XXIII.

János Zsigmond követének, Somlyai Báthori Istvánnak előterjesztése Miksa római királyhoz, a János Zsigmond és I. Ferdinánd császár és király között tárgyalandó egyezkedés pontjaira nézve. Kelt 1563. július 7. előtt.

Pro tractatu concordie ad sacratissimam Romanorum etc. regiam maiestatem etc.

Cum serenissimus princeps dominus noster clementissimus, titulum electi regis Hungarie, sacratissime Romanorum cesaree maiestati infensum intollerabilemque existere cognoscat, quamvis digne cause atque difficultates eum in hoc deterrebant, ne tamen pax futura per hoc interturbetur, jmo ut sacratissima eius jmperatoria maiestas reipsa deprehendat suam erga se clarissimamque domum Austriacam obsequentiam, simul et observantiam integram perseuerare, en statuit in gratiam sacratissime cesaree maiestatis titulo illi regio cedere, si modo sacratissima eius cesarea maiestas dicti serenissimi principis, domini mej clementissimi, filialem ob-

sequentiam complecti honestoque ac digno respectu eum habere dignabitur, nam licet titulo regio cedat, auctoritatem tamen et potestatem eandem in ditione sua retinere et per sacratissimam Romanorum cesaream maiestatem sibi concedj postulat.

Petit jtem, ut per sacratissime eius cesaree maiestatis clementiam sibi concedatur, ut eo titulo electj regis, vel saltem durante vita ipsius jmperatoris Thurcarum vti possit, ne in suspicionem incidat, vnde tandem ruina maxima dicioni sue emergere queat.

Porro serenissimus princeps dominus meus clementissimus optime recordatur, quod sacratissima Romanorum cesarea maiestas fere ante annos 12, amoris et benevolentie sue cesaree erga ipsum, certa indicia, patrociniumque, et defensionem, clementer offerre dignata fuerat, eumque per clarissimos viros Castaldum, Nadasdinum, Bathorem, et alios in filium adoptauerat, seseque tutorem, et patrem clementissimum designauerat, jmo in spem firmioris tutele serenissimam eius filiam sancte obtulerat, hunc igitur sacratissime eius maiestatis fauorem conciliatumque affectum, nunc quam ardentius interpellare contendit, rogatque non subducat paternum sue maiestatis affectum nec dedignetur sacratissima eius cesarea maiestas se vicissim ipsi serenissimo principi domino meo clementissimo parentis loco addicere, tutoremque optatum declarare, cuius singulari patrocinio se totum submitit; dignetur itaque sacratissima eius cesarea maiestas huius sui fauoris per dominos olim sue cesaree maiestatis commissarios oblatis clementer meminisse, nec grauetur serenissimam suam filiam in sponsam et stabile connubium domino meo clementissimo iungere, ut vel exinde et sacratissime eius Cesaree maiestatis paternus affectus erga eum, simul et prefati dominj mej clementissimi filialis obsequentia erga eius sacratissimam cesaream maiestatem totamque domum Austriacam magis ac magis eluceat, validioribus fundamentis innitj et consistere queat.

Kivül: Propositio oratoris filij quondam regis Joannis.

(Egykoru másolata a bécsi cs. titkos levéltárban.)

## XXIV.

I. Ferdinánd császár válasza a János Zsigmond követe, Báthori István által Miksa királyhoz beterjesztett egyezkedési pontokra és feltételekre. Kelt 1563. július 7-dike előtt.

Cum sacratissima caesarea maiestas dominus noster clementissimus a sacra Romanorum et Bohemiae etc. Regia maiestate domino aequae nostro clementissimo proximis diebus certior facta fuisset de postulatis atque conditionibus pacis Regiae suae maiestati per magnificum Stephanum Bathory de Somlyo Capitaneum arcis Varadiensis ac consiliarium et oratorem Illustrissimi principis, domini Joannis Sigismundj ducis filij olim serenissimi Regis Joannis exhibitis, maiestas sua caesarea re diligenter discussa et examinata tandem in hunc qui sequitur modum benigne sese resoluit.

Primum caesarea sua maiestas benigne acceptavit literas induciales per ipsum Illustrissimum ducem Joannem Sigismundum transmissas. Deinde maiestas sua caesarea benigno ac grato animo accepit, quod idem Illustrissimus dux Joannes Sigismundus tandem decreverit cedere titulo illo electi Regis Hungariae, quem hactenus sibi usurpavit, cum sine cessione eius tituli maiestati suae caesareae nullae pacis conditiones gratae et acceptabiles futurae fuissent; cupit autem maiestas sua caesarea quod ipse Illustrissimus dux iam statim non expectata morte Imperatoris Turcharum eo titulo sese prorsus abdicet, quandoquidem non habet hic locum causa illa suspicionis apud Turcharum Imperatorem incurrendae, quam dictus orator allegavit. Praeterea nequaquam futurum esset ex dignitate caesareae suae maiestatis, si Illustrissimus dux Joannes Sigismundus ex permissione caesareae suae maiestatis uteretur eo titulo, quae maiestas sua hactenus neque audire neque concedere uoluisset; ad haec foret res mali exempli, et facile deinceps quoque novis tumultibus ansam et materiam subministrare posset. Adhaec nequaquam convenit, quin immo absurdissimum videretur, si sacratissimae caesarea maiestate tanquam legitimo et coronato Hungariae Regi

adhuc dei benignitate in vivis existente, et indicto iam publico Regnicolarum conuentu pro coronatione prelibatae Romanorum Regiae maiestatis, ipse etiam Illustrissimus dux Joannes Sigismundus titulo Regio uteretur, quasi in eodem Regno, eodemque tempore tres Reges simul existerent. Itaque sua caesarea maiestas plane confidit Illustrissimum ducem Joannem Sigismundum, si ex animo et sincere cupit firmam pacem colere cum sacratissima caesarea ac Romanorum Regia maiestatibus, postposita ea, quam allegavit antenominatus eius orator suspicionis causa, hoc titulo sine ulteriore dilatione, etiam vivente serenissimo Imperatore Turcharum, a quo propterea maiestas sua caesarea nihil ei extimescendum censet periculi, plane cessurum.

Ita namque maiestatis suae caesareae ac Regiae gratiam et benevolentiam firmissimam sibi conciliabit, quam sibi nullo unquam tempore vel loco defuturam experietur.

Quod autem dictus dominus orator ulterius significat, quod Illustrissimus dux Joannes Sigismundus etiamsi cedat titulo Regio, nihilominus tamen eandem auctoritatem et potestatem in ditione sua retinere et per sacratissimam caesaream maiestatem sibi concedi postulet, id sacratissima caesarea maiestas clarius explicari desiderat, nimirum quid ipse ditionis suae esse intelligat, et quid sibi concedi cupiat; opere pretium enim est sacratissimam caesaream maiestatem de mente ac animo ipsius Illustrissimi ducis certam ac exactam notitiam tenere, priusquam ad ultiores tractatus progrediatur, et persuasum habet maiestas sua caesarea saepedictum Illustrissimum ducem contentum ijs, quae virtute preteritorum tractatum maiestas sua caesarea iam antea pacifice ei se dimissurum obtulit, reliqua, quae tenet contra tractatus, redditurum, neque hoc loco postulaturum, quod vel rationj et aequitati vel paternis atque antiquis tractatibus repugnet.

Porro sacratissima caesarea maiestas benigne recordatur eorum, quae superioribus annis medio et opera spectabilium et magnificorum quondam Joannis Baptistae Castaldi et Andreae de Bathor ac Thomae de Nadasd

cum saepefacto jllustrissimo duce Joanne Sigismundo acta sunt, quando nimirum maiestas sua caesarea illum in patrocinium et defensionem quin etiam in filium clementer susceperat, ac insuper filiam quoque in matrimonium illi obtulerat, et benigne quidem annuit maiestas sua caesarea illum nunc quoque in protectionem et patrocinium suum suscipere filijque loco habere, si aequis et honestis conditionibus firmae pacis locum dederit, sed quod ad petatum coniugium unius ex serenissimis filiabus maiestatis suae caesareae attinet, maiestas sua caesarea eundem jllustrissimum ducem non vult celare, quod serenissimae filiae maiestatis suae caesareae, posteaquam ipse dux a tractatibus illis, in quibus ei matrimonium unius oblatum fuerat discessit, seque tandiu pro hoste et aduersario maiestatis suae caesareae gessit, alijs interim principibus partim nupserint, partim vero promissae fuerint, quae vero sunt reliquae, firmiter et certo proposito decreuerunt in nuptiae manere; caeteroquin maiestas sua caesarea propensa foret illum ad aliud honestum ac dignum matrimonium promouere. Postremo quoniam a deo optimo maximo tum potissimum expectanda est successuum prosperitas et felicitas gubernij, quando in conseruanda pietate et religione debita ac fidelis adhibetur diligentia, maiestas sua caesarea ipsum jllustrissimum ducem magnopere cohortandum censet ut pietatis curam habere ac in ditione sua ecclesias dei et religionem catholicam pro viribus defendere et conseruare velit.

Atque haec sunt quae sacratissima caesarea maiestas prefato consiliario et oratori jllustrissimi ducis Joannis Sigismundj super postulatis sacrae Romanorum Regiae maiestati exhibitis responderi voluit; decretum per caesaream maiestatem.

(Eredeti fogalmazvány a bécsi cs. titkos levéltárban.)

## EGY FELIRAT II. JÓZSEF CSÁSZÁRHOZ.

Augustissime Imperator!

Arox jam ultra mensem, universam nostram provinciam vexat calamitas! rabadissima

plebis valachicae impietas, templa trium in Transilvania receptorum religionum: romano-catholicae, helveticae confessioni addictorum atque unitariorum diruit, expilat, venerabile altaris sacrum scelerata manu humi projectum, nefanda impietate pedibus conculcat, sacratas Crucifixi Salvatoris, Beatae matris virginis, aliorumque sanctorum imagines sacrilegis suis insultibus obvias confringit, clenodia, vasaque pretiosiora sacris didata diripit. Praemortuorum cadavera, sacris suis tumulis dirutis, insatiabili crudelitatis livore expilata, ad horrorem usque disjicit, viros sacros, atque divini ministerii consortes diverso cruciatum genere enecat, et quo ne apud barbarissimas ab orbe condito gentes, humanam rabiem pervenisse infastis legitur, virum verbi divini ministrum excuterando, dilaceratis e templo congestis sacrorum librorum foliis denuo replet, atque dum talia audet, ne quid adhuc impietatis supersit, sacrosanctum quod adoramus numen inexpiabili atrocitate plebs scelerata provocat. Haec, inquit, sunt hungarorum numina, nunc ipsos DEUS quem adorant, si possit, juvet.

DEO, deoque sacris ineffabili cum impietate usque a deo contemptos, rebelles contra principem terrae, crudelitate, aerarii Cameratici cassas expilat, aedificia regio-cameratica diruit, officiales Fisco-regios expilat, trucidat, auri fodinas evertit, urburarios enecat, bona eorundem depraedatur, aedificia, habitacula ferro fiammaque annihilatur, atque speratis ex iisdem altissimae camerae plurium quotannis centenorum millium proventibus nervum ad innumeros annos concidit; neve Sacratissimae Majestatis vestrae, Summi nostri principis persona illaesa, ne augustissima gloriosissimi Majestatis Vestrae imperii memoria absque aterrima horrendae per sceleratissimam plebem attentatae imputationis (nisi ad universi notitiam exemplariter ulciscenda veniat) nube, ad seram transmitti queat posteritatem, plebs impia, truculenta in millenorum catervis confluit, conspirat, atque in rebellis sui propositi exercitium, totius nempe fidelissimae gentis, atque nobilitatis hungaricae, constitutorumque in provincia magistratualium publicorum, et quidem subattentato nefandae impietatis asserto, ipsis truculentissimum hocce ministe-

rium sub spe atrocissima, nobisque universis funestissima, quod extirpata gente nobilitateque hungara, terrae nostrae dominatus, muniaque quae nunc gerimus publica, inter ipsos velut propria communiaque dispertienda forent, jussu Majestatis Vestrae commissum extitisse, se mutuo juratae fidei religione obstringit, taliterque obstricta in provinciam difluit, caedes horrendas, incendia, rapinas, atque publicas devastationes in quavis possessione, cum plebe ejusdem possessionis unita, mixtim exercet, non aetati, non sexui parcendo, dummodo fuerint hungari aut nobiles, innumeros Majestatis vestrae fideles subditos nefandum in modum exercitatos enecat, nec ulli aliter vitae gratiano indulget, nisi cum animarum vitae gratiam petentium discrimine, si videlicet absque discrimine Catholici, reformati, aut unitarii ipsorum graeci ritus religionem primum amplecti, praehabita abjurare, tandemque per eorundem ritus ministros baptisari, ac domum ipsorum antesignanis fidem fidelitatemque jurare voluerint, imo plebs perinde plures atrocissimae suae impietati, quantumvis vitae metu obsequos, attamen execrabili perfidia percutit, enecat, atque bonis omnibus exuit, hisque et nunquam satis deplorabilibus cladibus amplissimos Transilvaniae circulos replet, Comitatus Zárárdiensem, Hunyadiensem cum districtu Hát-szeg, Albensem, et in parte Kolosiensem cum Torda unitum, impie caesorum nobilium, diversaeque sortis cadaverum hungarae gentis seminaria reddit, ubique locorum magnatum, nobiliumque curias iisdem primum devastatis et expilatis, aut in cineres, aut infunestam deturbatorum lapidum colluviem redigendo, velut totidem ejuratae omnis humanitatis tristissima rudera relinquit. Fuga sibi consulentium procerum nobiliumque expilatarum familiarum, superstites ad incitas redactos, victus et amictus quotidiani indigos, metuentiumque quod ob horrendam sevitiem, igneque devastata inaestimabilia terrae producta, universam quoque provinciam annonae caritati obnoxiam reddit. Literas, literaliaque documenta plurium familiarum igni tradendo funestissimam securitatem quoque posteritatis juribus stragem infert. Et quod universos fideles Majestatis vestrae subditos hungaros,

universamque nobilitatem hungaram, in dies horasque tristissimo caedis metu exagitat, truculentissimae suae conjurationis jam in universam provinciam exmissis nunciis, in quavis possessione plebem valachicam jam aliunde perfidam, aedibusque nostris atque bonis inhiantem adeo concitavit ut universi nonnisi lenior patratum scelerum amnestia, atque similium serius aut citius ausuum ductores desint; quibus ut primum potiri valebunt, tragica singulorum nostrum extirpatio certo certior futura sit. Cum jam vix ullus sit Transilvaniae circulus in quo non in pluribus jam possessionibus similes comperti fuerint plebis incensores atque seductores, Patentalium nomine Majestatis vestrae regiae editorum, pro sedanda plebe mandatorum non contemptores tantum, imo publicationi eorundem destinatarum magistratum publicorum aggressores, aut effective hic ibique curiarum nobilitarium, popis ut plurimum praeaeuntibus tumultuarii invasores, et certe nisi tam rapido atrocissimae cladis per provinciam cursu perterrita undique nobilitas, uxoribus prolibusque suis in urbes civitatesque populosiores, cum maximo rei familiaris detrimento deductis, indefesta vigilantia dies noctesque in sui suorumque defensam impendisset, nisi hodieum quivis circulus armata suorum commembrorum manu, ab insultibus propriae plebis contineretur, atque nisi caedibus, ferro flammaque grassanti perduelli valachicae plebis rabiei ipsa nobilitas hungara cum vitae singulorum discrimine obicem quempiam posuisset, integer certe principatus hodie ferro flammisque depastus, nonnisi cadaverum hungaricae nobilitatis tumulus, atrocitatis theatrum, atque nefandorum scelerum vorago foret.

Haec est Augustissime Imperator! charae a tot Saeculis Augustissimae Domui Austriacae Transilvaniae funestissima praesensque facies! haec sunt mala, hae clades, caedes et rapinae, nullo unquam aevo, vel ab impia Turcorum Tartarorumque saevitie pari ferocitate in hac provincia audita vel perpessa. Quorum seu radicalem scaturiginem, seu post incensas semet impietatis facies, rapidissimum per tam amplos provinciae nostrae circulos atrocissimae cladis progressum



si mentibus nostris pervolvamus, horrent, stupentque animi, corda metu maeroreque convolluntur, atque diffuso per provinciam innocuo fratrum sororumque nostrorum concivium sanguini mixtae turgent oculorum nostrorum lacrymae.

Non enim diffitemur: universam plebem valachicam nativa sua indole ad caedes, rapinas, furta, variaque scelera proclivem ab olim exstitisse; legum nihilominus patriarum rigor, atque sustentata semper a tot saeculis magistratuum legalis apud eandem auctoritas erumpentium semper criminum atrocitati aut frequentiae commensuratae poenae rigore universam coercere, atque tam altissimo aerario, quam etiam „Terrestri Dominio, cujus terras incolit,\*)“ utilem conservare usque adeo noverant, ut praesenti si similis fatae gentis a principe, patria, legibus, imo ab omni vel religionis, vel rationabilis naturae instinctu resultans, universamque plebem inficiens perfidia, ab ipsis principatus Transilvaniae incunabulis, testibus annalibus Transilvanicis, nunquam

